



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CVI. Benedictus III. Anno Christi 855. Ludovici II. 1. Michaelis III. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

venit; adeò nullus est mentiendi modus. Vide Labbeum in Genotaphio Joannæ Papiſtæ everſo penitúsque exciſo, tom. 8. Conc. pag. 154. & Launojum lib. 4. epiſt. 8.

CVI.

BENEDICTUS III.

ANNO CHRISTI 855.

LUDOVICI II. I. MICHAELIS
III. 14.

Mortuo Leone IV. ſtatim habita comitia Pontifici creando, & Benedicto III. Petri filio, Romano, Tituli S. Calliſti Presbytero, invito & abnuenti ſummum Sacerdotium mandatum. Electio, *conſuetudo priſca ut poſcit*, (1) Lothario, & Ludovico Auguſtis miſſa per Legatos. Hi Romam reverſi, Arsenio Epifcopo Igavinorum inſtigante, deſerunt Benedictum, & unà cum aliis factioſis hominibus Anaſtaſium Presbyterum olim Cardinalem, quem in Romana Synodo à Leone IV. redactum in ordinem diximus, Pontificem conſtituunt. Factioni primùm favere viſi ſunt etiam Imperatorum Lagati, qui Romam miſſi fuerant,
ut

Bar. an.

855. §.

36. 38.

Pag. 9. 10

ut consecrationi novi Pontificis interessent. Post triduum tamen, cum cernerent, Clerum, populúmque constanter habere Benedictum pro Pontifice, ipsi quoque in eum consensere, pro quo minimè ambigere jus staret. Itaque Anastasio expulso, Benedictus III. coram iisdem Legatis anno 855. III. Kal. Octobr. Dominico die, ut mos est, & antiqua traditio dicitur, consecratus ordinatusque est Pontifex. (2) Michael Imperator secundum antiquam consuetudinem

Bar. an.
856. §. 6.

cum accepisset, novum Roma creatum esse Pontificem, legationem ad eum misit cum muneribus, de quibus meminit

Pag. 403

Bar. an.

858. §. 1.

Pag. § 1.

Anastasius. (3) Altero abhinc anno, qui fuit à Christo nato 858. VI. Idus April. Benedictus moritur, post annos duos, menses sex, & dies decem, quam Pontifex factus fuerat.

ANNOTATIONES.

(1) Anastasii hæc verba sunt, ex quibus colligant nescio qui, Lotharium & Ludovicum usurpasse sibi jus electi Pontificis confirmandi. Injuria tamen. Aliud enim est petere ab Imperatore confirmationem electionis, aliud eidem significare electionem. Anastasius autem non dicit rogatus

à Romanis memoratos Principes, ut ratam haberent electionem Benedicti III: sed tantum de ejus electione factos fuisse certos, ut eâ cognitâ mitterent Legatos Tuos, qui præsentibus, sicut ante sæpè dictum est, consecrationi adessent, ad tollendas certationes & comprimendos motus seditiosorum.

(2) Ex his itidem Anastasi verbis colligere est, Ordinationes Pontificum Romanorum non nisi diebus Dominicis aut solemnioribus Festis fieri solitas esse: quod quidem Onuphrius in Chronico Ecclesiastico, Blondellus in Apologia pro sententia Hieronymi de Episcopis & Presbyteris, ac in libro contra primatum Ecclesie, Jacobus Capellus, & quidam alii jam observârunt, & nunc apud omnes in confesso est: Pagius ad an. 855. §. 10.

(3) Baronius ad an. 856. §. 6.

CVII.

S. NICOLAUS I.
MAGNUS.

ANNO CHRISTI 858.

LUDOVICI II. 4. MICHAELIS
III. 17.

NICOLAUS Theodori filius, Romanus, omnia agens, ne Pontifex Sandini Vitæ Pontif. G g tifex